



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XIV. Soli Petro esse à Christo dictum; Pasceoues meas. Ioan.21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

runt apud se, conquirentes quid esset, Cùm à mortuis resurrexerit.

Quod autem ex illa suspicione, quam habebant de Petri primatu, inter se contenderint, testantur Origenes, Chrysostomus, & Hieronymus in cap. 18. Matth. Neque verum est quod Magdeburgenses dicunt, Dominum non respondisse, iam esse designatum principem. Quid enim sibi volunt illa Christi verba Lucæ 22. Qui maior est in vobis, siat sicut iunior, Et qui predecessor noster quevit, siat sicut minister? Nonne, vnum maiorem & ducem luculenter appellauit?

CAPVT XIV.

Soli Petro esse à Christo dictum: Pasce oves meas, Ioan. 21.

AC T E N V S de verbis illis Domini differuimus: quibus Apostolo Petro summa potestas Ecclesiastica promittebatur. Nunc de verbis illis disputandum erit, quibus eadem illa potestas eidem Petro data fuit. Sunt autem hæc verba: *Simon Ioannis, pasce oves meas.* In quorum verborum explicationem tria demonstranda sunt. PRIMVM soli Petro dictum esse: *Pasce oves meas.* DE INDE verbo illo: *Pasce,* traditam esse summam Ecclesiasticam potestatem. POSTREM o illis vocibus: *Oves meas, universam Christi Ecclesiam esse designatam.* Siquidem hæc omnia aduersarij negant.

Ac PRIMVM quidem soli Petro dici: *Pasce oves meas,* probatur. PRIMO ex illo nomine, *Simon Ioannis.* nam eo nomine solus Petrus vocabatur. nec sine mysterio, ut suprà monimus, eodem modo Christus Petrum appellat, & cùm promittit ei claves, Matth. 16. & cùm oves pascendas cōmittit, Ioan. vlt. vt nimis intelligeremus, illud ipsum re ipsa dari, Ioan. vlt. quod fuerat promissum, Matth. 16. & eidem illi Simoni dari, cui fuerat antè promissum.

SECVND O probatur ex verbis illis: *Diligis me plus his?* Illi enim dicitur: *Pasce oves meas.* cui dicitur: *Diligis me plus his?* Hoc autem soli Petro dici manifestum est, cùm differtis verbis excludantur ceteri, illa comparatione plus his.

hh 2 Porro

Porrò qui excluduntur, non quicunque homines, sed præcipi Apostoli sunt. Erant enim tunc præsentes cum Petro Nathanael, quem multi Bartholomaum esse putant, Iacobus, Ioannes, Thomas, & duo alij discipuli, quorum alterum credibile est, fuisse Andream: non igitur omnibus Apostolis, sed soli Petro dicitur: *Pasce oves meas.*

TERTIO probatur ex tripla interrogacione, nam ex Cyrillo & Augustino & aliis in hunc locum, discimus Petrum tam interrogatum, an diligenter plus ceteris, quia ter negauerat. At solus ipse ter negauit, igitur solus ipse interrogatur. Proinde soli ipsi dicit: *Pasce oves meas.*

QUARTO probatur ex illis verbis: *Contristatus est Petrus, &c.* Propterea enim contristatus est Petrus, si Chrysostomo credimus, quia metuebat, ne forte falleretur, cum dicceret: *Tu scis Domine quia amo te.*: quemadmodum falsu fuerat, quando dixerat: *Et si oportuerit me mori tecum, non negabo.* Sed ista causa tristitia soli Petro, qui Dominum negauerat, conuenit; igitur solus Petrus tristabatur, & solus Petrum alloquitur Christus, cum ait: *Pasce oves meas.*

QVINTO ex illis verbis: *Cum senueris extendes manus tuam, &c.* Illi enim dicitur: *Pasce*, cui prædictitur crucifixum, soli autem Petro & in propria persona mors prædictitur.

SEXTO ex illis: *Hic autem quid? & ex responsione Domini: Quid ad te? tu me sequere.* Nunquam enim Petrus interrogasset, quid Ioannes aucturus esset, si intellexisset dictum omnibus: *Pasce oves meas.* neque Dominus dixisset: *Quid ad te? tu me sequere*, sed dixisset, idem faciet quod tu.

SEPTIMO ex Patribus; nam præter Chrysostomum, Cyrilum, Augustinum in hunc locum qui dicunt ei dictum *Pasce*, qui ter negauerat, qui sine dubio solus erat Petrus. Idem habet **A M B R O S I V S** in caput ultimum Lucæ; expicens enim hæc ipsa verba: *Ideo, inquit, quia solus profiterat ex omnibus, omnibus antefertur.* Item **M A X I M V S** sermones de sanctis Petro & Paulo: *Iam necessarium, inquit, reor, & proprius eorum, specialesq; virtutes prosequamur.* **Hic est Petrus**, cui *Christus ascensurus ad Patrem pascendas ovinas suas, ovesq; commendat.* ergo proprium & speciale hoc fuit Petro. Item **LEO** epistola 89. ad **Episcopos Viennensis** prouinciae:

ciæ: Cui cum præceteris soluendi Eligandi potest, & tradita
sit, pascendarum tamen omnium cura specialius mandata est.

Sed contrà in hunc modum ratiocinatur lib. 4. cap. 6. §. 3.
Ioannes CALVINVS: Petrus hortatur Conpresbyteros suos,
vt pascant gregem Dei, i. Petr. 5. igitur vel illa verba; *Pasce oves*,
dicta sunt omnibus, vel certè Petrus ius suum in alios
transtulit.

R E S P O N D E O, Petrum hortari Conpresbyteros, vt pa-
scant gregem non vniuersalem, sed particularem. Ait enim:
Pascite gregem qui in vobis est. Quemadmodum & Paulus
cum Actor. 20. hortatur Asianos Episcopos, vt attendant sibi
& vniuerso gregi; statim adiungit: *In quo eis spiritus sanctus*
posuit Episcopos, id est, non vniuerso simpliciter, sed tantum
vniuerso illi gregi, qui vobis commendatus est. Itaq; ista ver-
ba Perri non prohibent, quin soli Petro sit commissa potestas
generalis, totum gregem Christi pascendi, & quin ipse ius
suum plenarium in neminem transtulerit.

Deinde obiici possunt Augustinus & Chrysostomus. nam
A V G U S T I N U S libro de agone Christiano, cap. 30. ita scripsit:
*Cum ei (Petro) dicitur, omnibus dicitur, Am me, Pasce oves
meas.* **C H R Y S O T O M U S** lib. 2. de sacerdotio, persuasurus
Basilio ut Episcopatum, ad quem vocabatur, susciperet, hunc
locum allegat, atque ait: *Tum ostensurum Basilum eximiam*
suam dilectionem in Christum, si pascat eius gregem, cum scri-
prum sit; Si diligis me, pasce oves meas. Itaque vult Chrysostomus
non ad solum Petrum, sed ad omes Episcopos verba ista
Domini pertinere.

R E S P O N D E O, Etsi hæc verba propriè & principaliter ad
solum Petru pertineant, omnibus tamen Episcopis suo quo-
dam modo conuenire: quia videlicet, omnes qui in partem
solicitudinis à Petro vocantur, Petri formam in pascendo gre-
ge imitari debent. Itaque quod summo Pastori dicitur, id e-
tiam suo modo, seruata proportione, aliis minoribus pasto-
ribus dicitur. Atque idcirco Dominus facturus Petrum pa-
storem Ecclesiæ, iaterrogavit eum, an diligenter plus ceteris;
vt admonerentur ij, ad quos pertinet eligere & constituerre
pastores, vt eos eligerent ad Episcopatus, qui caritate ceteris
excellunt. Atque hoc pertinet illud L E O N I S serm. 3. de anni-

• hh 3 uersario

uersario suæ assumptionis: Ideo Petro hoc singulariter credi-
tur, quia cunctis Ecclesiæ Rectoribus Petri forma præponitur.

CAPVT · X V.

Quid significet, PASCE, Ioan. 21.

P A M V E R O cùm constet, Petrum esse cui dicitur. *Pasce oves meæ*; sequitur, vt quid significet hoc ipsū, pascere, videamus. Martinus enim LVT H: RVS in libro de potestate Papæ, contendit, per ilam vocem, *Pasce*, nullam dari nouam potestatem, sed tantum iniungi officium diligendi, prædicandi, & docendi Pe- tro, qui iam antea constitutus erat Apostolus, & Pastor, non quidem Ecclesiæ vniuersæ, sed cuiusdam portionis, quemadmodum & ceteri Apostoli & Pastores. Id verò his rationibz probat.

„ **P** R I M V M, pascere, non est præesse, sed cibum præbere,
„ ministrare; quod etiam ab inferiore fieri potest: non igit
„ continuò instituitur Præfus, cui dicitur, *Pasce*. **D**E IN D E, ne
„ imperat Dominus Christianis, vt obedient Petro, sed imp-
„ rat Petro, vt præbeat alimenta Christianis: igitur ministe-
„ riat non princeps, per hoc verbū, *Pasce*, constituitur. **P**O S T R:
„ M O, si per hæc verba institueretur pontificatus, sequererut
„ non esse Pontifices eos, qui non diligunt, aut non pascunt:
„ proinde sæpe nullum Pontificem haberemus. Maior enim
„ Pontificum pars, neque diligit gregem, neque eum verbo
„ exemplo pascit. quare non Pontificis institutio, sed simpla
„ præceptum diligendi & docendi hoc verbo, *Pasce*, contine-
„ tur.

AT N O B I S difficile non erit ex hac ipsa voce, *Pasce*, de-
monstrare sumnam potestatem illi attribui, cui dicitur: *Pas-
ce oves meæ*.

P R I M V M enim, non propriè dicitur pascere alium, qui ci-
bum quacunque ratione ministrat: sed qui procurat ac pro-
uidet alteri cibum: quod certè præpositi & gubernatoris est:
Quis putas, inquit Dominus Luc. 12. est fidelis dispensator ^m
prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, Si ^{de}